UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. CIV. De Privigno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

anus 4. ff. de divortiis. Pacian. *conſ. 4. num. 82. & conſ. 30. num. 55. 61. cum ſeq.* Johan. Honded. *conſ. 72. num. 25. vol. 1.* Aym. Cravett. *conſ. 976. num. 1.* Carentiæ enim ſunt habentium, Bald. *in l. liceat 3. oppoſ. C. de locat.* Octav. Cacheran. *deciſ. Pedem. 95. n. 12.* Joh. Petrus Surdus *conſ. 305. num. 65. fac. l. 1. C. per quas perſonas cuiq; acquir.* v. g. Inteſtatus nemo dici poteſt, niſi qui potuit facere teſtamentum. Cujac. *in Juliano ad l. Lex Cornelia 20. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. pag. 522.* C. ubi tamen exceptionem addit in eo, quem lex Cornelia pro inteſtato habet. Ita quoque petitionem abſolutionis præſupponere excommunicationem dixit Cravett. *conſ. 976. num. 1. in fin.*] Adde Coll. Conimbric. *in comm. ad Logicam, tit. de oppoſitis, cap. 10. quæſt. unic. art. 3.* Baldus *in l. licet. in 3. oppoſit. C. locati.* Ancharan. *conſ. 179. Prima facie videretur.* Everhard. *in Topicis legal. loco 6.* Vitalis de Cambanis *in tract. clauſul. pag. mihi 224. num. 12.* Bertazol. *in repet l. ſi quis major. Cod. de transactionib. num. 571.* Menochius *conſ. 171. num. 1. & conſ. 241. num. 27. & conſ. 326 numer. 2. & conſ. 378. num. 9. & conſ. 442. numer. 8. & conſil. 466. num. 26. & conſil. 484. num. 17. & conſ. 613. num. 9.* Surdus *de aliment. tit. 6. quæſt. 23. & conſ. 52. num. 57. & conſil. 73. num. 76. & conſ. 160. num. 38. & conſ. 305. num. 64.* Oſaſch. *deciſ. 95. num. 12.* Anton. Monach. *Bononienſ. deciſ. 30. num. 5.* Monet. *de decimis, cap. 9. quæſt. 2. num. 18.* Cardinal. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ. 715. per totam.* Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 59. caſu 15.* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ. 16. num. 3.* Rot. *deciſ. 242. num. 4. & deciſ. 307. numer. 1.* apud Farinac. *p. 2. recent.* Mangil. *de imputat. quæſt. 93. num. 4.* Sigiſmund. Scaccia *de commerc. §. 2. gloſſ. 6. num. 89. verſ. intellige. & num. 290. & ſeq. in fin.* ubi quod à privatione ad habitum non eſt regreſſus. Rot. *deciſ. 415. numer. 4. & deciſ. 477. num. 7. p. 2. in poſthumo Farinac.* Duran. *deciſ. 439. num. 6.* [Cravett. *conſ. 976. num. 1.* Rivius *deciſ. 513. numer. 2.* Gail. *lib. 1. obſerv. 21. num. 5.* Baldus *in l. licet 30. oppoſ. Cod. locat.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 95. n. 12.* Gœdd. *1. conſ. Marp. 24. num. 124.* Weſenb. *in Parat. ff. de oper. ſervor. ubi exempl.*] unde ſpoliatus is dicitur, qui ſemel poſſedit. *l. 1. §. dejicitur 9. ff. de vi, & vi arm. c. fin. 3. quæſt. 3.* Bald. *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, col. 4. de cauſ. poſſ. & prop.* Alex. *conſ. 152. In cauſa num. 2. verſ. ſecundo probatur. lib. 6.* Menoch. *de remed. recuper. poſſeſſ. in prælud. num. 1.* Surdus *conſil. 160. numer. 39. & conſ. 221. num. 17.* Cardinalis Tuſchus *dict. lit. P. concluſ. 715. num. 2.*

CAP. CIV.
De Privigno.

Axioma I.

Privignus famoſis actionibus contra vitricum experiri poteſt, quia reverentia paterna hîc ceſſat. Hinc furti agere poteſt adverſus vitricum res ſuas auferentem *l. 3. C. de furt.* item extraordinariâ perſecutione contra vitricum vel novercam propter expilatam hereditatem *l. 3. ff. expil. hered. l. 2. C. eod.* modò avi vel tertii hereditatem expilaverint, non etiam, ſi filii vel mariti hereditatem expilaverint; cùm enim hæ perſonæ quaſi in communione bonorum fuerint, & reverentiæ vinculum intercedat, non famosâ hâc actione, ſed rei perſecutoriâ experiendum, *l. pæn. ff. & l. 4. C. eod. l. 33. de Neg. Geſt.*

II.

Privignus ſuccedere nequit vitrico vel novercæ ab inteſtato *l. 3. l. 5. C. commun. de ſucceſſ.*

III.

Vitricus poteſt eſſe tutor privigni, ſi mores ejus probati ſint; tunc enim ſiniſtra opinio, quæ contra eum militat, facile eliditur. *l. 32. §. 1. de adopt. l. 2. C. de interdict. matrim. inter pup. & tut. l. fin. C. de contrar. judic. tutel.*

IV.

Inter privignos & privignas nec conſanguinitas nec affinitas intercedit, & inde nihil impedit, quin matrimonio jungi poſſint. *Carpz. Defin. Conſiſt. L. 2. def. 105. n. 2.*

CAP. CV.
Privilegium, Privilegiatus.

Axioma I.

Privilegia ſtrictè ſunt accipienda, *cap. porro 7. extr. de privileg.* Hottom. *ad 1. F. 14. in verb. ille tantum debet habere, per l. 3. de Cenſib.* Cujac. *1. F. 12.* ſiquidem illa non debent ad aliud extendi, quàm ad ea, quæ continentur in ipſis, *cap. ex parte 10. extr. de privileg.* nec ullus eorum fines excedere debet, *cap. petiiſtis 2. extr. eod. tit.* ſicut & immunitates, *l. 1. de jure immunitatis. l. vacatio 13. ff. de muner. & honor.* Unde quod dicitur, beneficia Principum pleniſſime interpretanda eſſe, hoc de liberalitatibus & largitionibus, non privilegiis intelligi debet, veluti cùm pupillis largiuntur alimenta usque ad pubertatem, hanc beneficentiam ſic interpretamur, usque ad plenam pubertatem, *l. Mela 14. de alimentis legat.* Cujac. *d. loc.* Retenta tamen aliorum ſententia, quod privilegia latiſſimè ſint interpretanda. *l. pen. ff. conſt. Princip.* Alexand. *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de damn. infect. & conſil. 1. col. 4. in princ. & col. fin. lib. 4.* Bart. *in Auth. de hered. & Falcid. in pr. colum. 2.* Joh. Franc. Balb. *in tract. præſcript.*